38

Q. D. B. V.

ERNESTI-REYHERI,

Auditeur Ducis Saxo-Gothani,

DISSERTATIO PRIMA JURIDICA

DE

HERMAPHRODITIS,

Omnibus litterarum amantibus publicè edita.

Nunqvam volui invidis placere;

Nàm qvæ ego ſcribo, invidi non probant, qvæ invidi probant, ego non ſcribo.

GOTHÆ,

Sumptibus SALOMONIS REYHERI.

ARNSTADII,

Imprimebat HENRICUS MEURER,

Anno Christi M. DC. LXXXIIX.

VIRO
Prænobiliſſimo atq; Experientiſſimo Domino,

DN. GEORGIO HENRICO BACHOVIO,

Medicinæ Doctori, nec non Med. Provin. Saxo - Gothan. digniſſimo,

Dn. Avunculo ſuo honoratiſſimo,

Diſſertationem hanc juridicam in *debiti honoris teſſeram* Offert & nuncupat

AUTOR.

Σὺν τῷ Θεῷ.

I.

QVanta ſit definitionum in omnibus diſciplinis neceſſitas juxtà ac utilitas, eleganter docet JOH. HOSPINIANUS verbis GALENI ad THRASYBULUM inqviens: Sine definitione de dubiis & ignotis rebus diſſerere ἐδὲν ἄλλο ἢ χρόνον ἀπολλύειν ἐςὶν, nihil aliud eſt, qvàm tempus velle perdere. Cui ὁμόψηφος eſt EUSTRATHIUS & alii Græci Interpretes, dum affirmant κῦρος ἅπαν ἐν ὁρισμῷ εἶναι, i. e. totum primatum intelligendi in definitione eſſe. Non ergò abs re futurum ſperamus, ſi ad informanda judicia de definitione Hermaphroditorum agamus. Præliminariter itaqve Androgyni ſeu Hermaphroditi nobis emergunt. Hæc vox à MERCURIO ac VENERE appellationem ſortita eſt; Hermaphroditus enim VENERIS & MERCURII filius fuit, undè & nomen illi, qvoniam HERMES eſt MERCURIUS & APHRODITE VENUS, hic cum in SALMADICIS fonte nataret, à NYMPHA deprehenſus, ab eademqve implicitus, utriusqve naturam reportavit: qvâ de re fabula eſt perlonga apud *Ovid. 4. Meta.* nunc autem hermaphroditi vocantur, uti videbimus, qvos antiqviores androgynos, i. e. Semiviros & Semifœminas appellant. *Plin. lib. 7. & Gellius lib. 9. c. 4.* Sunt

 auto-

autores. *Vlpia tit. de liberis & poſthu. l.*, ſed eſt Hermaphroditus, inqvit, (& maximè ſi in eo virilia prævalebunt, poſthumum hæredem inſtituere poterit.)

2.

DIcuntur autem *Hermaphroditi*, *qvi habent membrum ſexûs maſculini & fœminini*: Auff Teutſch werden Sie Allzuviel / oder Zwitter geheiſſen: *Art.4. in princ. & in prima additio. latina lib.1.* LandR. Sed ſecundum ſexum iſtius membri æſtimantur, in qvo magis prævalent. l. *qværitur. H. de ſtatu hominum. Struv. Syntagm. Iur. Civ.* Sed nota, qvod per ſe neqve in hæreditate, neqve in feudo ſuccedant, ſed ſint ſub cura propria qvorum, qvi ipſis neceſſaria adminiſtrent: *d. Art.4. lib.1.* LandR. Dico autem de Hermaphrodito notanter, & indifferenter, illum novi feudi capacem eſſe: cum Dominus perſonas etiam aliàs inhabiles habiles facere poſſit. *Berens D.2. th.31. lit. B.*

3.

NUnc videndum eſt, An Hermaphroditi in teſtes poſſint adhiberi & admitti, habetur *in c. ſi teſtes*, §. *hermaphroditus, 4. q.3.* & facit mentionem *gl. 5. Art.8. lib.4.* LandR. Concluditur communiter, qvod ſecundum prævalentiam ſexus judicentur, admittantur ad teſtimonia, Contractus, vel non: *notavit* Joan. de Arrold. *in ſing. ſuo 43. incip. ſtantib. prædictis*, & Bal. *in l. omnes populi, q. col. ff. de juſt. & jur.*

4.

DE Monſtris ab hominibus editis, & eorum

tum jurib. vide qvædam in Dauthio *de teſtam. n.307. f. 349. & ſeq. & 308.* ubi ſimul de ranis & homuncionibus, *ibid. & pygmæis, n.309.*

5.

HErmaphrodito ut nubat, non eſt permittendum mulieri, niſi ſexus, qvem altera deſiderat pars contrahens, prævaleat. Nam non ferendum eſt, ut & fœminis & maſculis abutatur, vel pro mare & fœmina ſeſe venditet, cum id turpiſſimum ſit & contra rerum naturam. Præcedat ergò inſpectio neceſſe eſt priùs, quàm facultas detur hermaphrodito conjugium inire ac nuptias contrahere, ut nempè, qvis ſexus prævaleat, exploretur, qvæ inſpectio Medicis & Chirurgis, qvin etiam Obſtetricibus qvandoqve committenda, qvibus ſi duo ſaltem ſint, hâc in re magis creditur, qvàm decem aut viginti teſtibus non Medicis, ut in ſimili dicit *Gardin. in tit. de homicidio. num.24. in fin. verſ. & propter prædicta jura &c. Alexand. lib.2. Conſil.148. num.1.* Si tamen Hermaphroditus renuat inſpectionem, illi non permittendum matrimonium, veluti in ſimili caſu olim reſcripſit Conſiſtorium Miſnenſe: Nach dem Ihr in Sachen des Hermaphroditen N. N. ſo viel befunden/ daß Er ohne vorgehende Inſpection und Erkundigung/ wie es ſeines Leibes halben beſchaffen/ zum Eheſtande nicht kan zugelaſſen werden/ welches wir ihme auch vermeldet/ Er aber darein ſich zu begeben Bedencken gehabt / und von ſeinem Vornehmen abzuſtehen/ ſich erklåret/ desgleichen auch N. N. von Ihrer Eheklage auf unſere Ermahnung abgeſtanden. Alß iſt an Euch unſer Begehren/ Ihr wollet gute Achtung auf Sie bey-

derſeits haben / das Sie Sich ferner nicht zuſammen halten / der Hermaphroditus auch anderer Weibes-Perſonen müſſig gehe/damit ferner Aergernüß abgeſchaffet und verhütet werde. Da Er aber nochmals zu der Inſpection auff ſeine Unkoſten ſich anerbieten würde/ ſo wollet uns ſolches anhero wiederumb berichten &c. *apud. Georg. Dedekenn. vol.3. conſil. theolog. lib.2. ſect.1. num.7. pag.75.*

6.

HErmaphroditus, in quo virilia prævalent; poſthumum heredem inſtituere poteſt. Et in feudis ſuccedere. *Carpz. Iur. Conſiſtor. l.2. d.16. n.18. & ſeq.*

7.

Qværitur, *qvomodò generantur Hermaphroditæ?*

REſp. Per talem modum, qvia in matrice ſunt tres cellulæ principales, una in dextero latere, alia in ſiniſtro, tertia verò in medio, in qvam Semen elapſum dicitur generare Hermaphroditen per talem modum. Qvia natura ſemper tendit ad melius; Ergô intendit ſemper generare maſculum, & nunqvam fœmellam; Qvia fœmella eſt vir occaſione natus; Ergò qvandoqve generatur maſculus, qvoad omnia membra principalia, ſed tamen propter malam diſpoſitionem matricis, & objecti, & ſecundum inæqvalitatem ſeminis, cùm non poſſet perficere maſculum perfectum, ſic generat fœmellam, ut hermaphroditen; Ergò dicunt naturales, qvod hermaphrodites ſit impotens in membro virili, ut patet per experientiam.

8. *Qva-*

8.

Qvare natura non diſponit in eo duo membra virilia, vel duo fœminalia, ſed ſemper unum virile, & aliud fœminale?

RESP. Quia natura tunc faceret aliud fruſtra, qvod eſt contra ARISTOTELEM in multis locis, ſcilicet in tertio de animâ, & qvarto Metaphyſicorum, ubi dicitur, qvod natura nihil facit fruſtra, & Deus.

9.

Qværitur, *Utrum ille ſit habendus pro viro, vel muliere?*

RESP. Conſideranda eſt qvantitas unius membri per qvantitatem alterius membri, & debet conſiderari, in qvô membro ſit potens in actu venereo, & ſi ſecundum actum muliebrem, tunc eſt mulier, ſi ſecundum actum virilem, tunc eſt vir.

10.

Qværitur, *Utrum debeat baptizari nomine viri, vel mulieris?*

RESP. Qvod nomine viri; Ratio eſt, qvia nomina imponuntur ad placitum, & ſecundum nomen dignius debet baptizari; Qvia omnis vir dignior eſt muliere: qvia omne genus præſtantius eſt ſuo paſſo, ut dicit ARISTOTELES tertio de anima.

11. Qvæ-

II.

Qværitur, *Utrum debeat ſtare in judicio loco viri vel mulieris?*

RESp. Secundum regulam juris, quod primò debet jurare, anteqvàm admittatur ad judicium: qvo membro poſſet uti, & ſecundum hoc eſt admittendus, juxta uſum & potentiam illius membri. Et ſi uteretur ambobus membris æqvaliter, tunc ſecundum ſanctam matrem Eccleſiam non eſt tolerandus. Ex qvo etiam qværitur, & ſolvitur tale Problema, *utrum ipſe poſſit promoveri ad ſacros ordines?* Et reſpondetur ſecundum jam dicta, qvod erat demonſtrandum.

F I N I S,